

Beispiele zum Thema «Konjunktiv vs. Indikativ»

1. Qualem, Flacce, velim quaeris nolimve puellam? (Mart. 1,57,1)
2. Mutua cum peterem sestertia quinque, negasti. (Mart. 10,15,3)
3. Continuis vexata madet vindemia nimbis:/ non potes, ut cupias, vendere, copo, merum. (Mart. 1,56,1f.)
4. Exspecto, Postume, quid facias. (Mart. 4,40,8)
5. Quod fecisse velim te, Deciane, facis. (Mart. 1,8,4)
6. Non sum temerarius nec audax / nec mendacia qui loquar libenter. (Mart. 4,43,2 f.)
7. Versus scribere me parum severos / nec quos praelegat in schola magister,/ Corneli, quereris. (Mart. 1,35,1-3)
8. *Wenn ich dich, Knabe, nicht mehr habe:* quis mihi qui nectar misceat alter erit? (Mart. 9,36,12)
9. Aliquando narra quod velimus audire (Mart. 4, 61,16)
10. Ignoscas petimus, Vacerra, [...] (Mart. 8,69,3.)
11. Vis dicam quantum, Postume, perdiderim? (Mart. 4,26,2)
12. Bibas caveto:/ vinum si biberis, nihil videbis. (Mart. 6,78,3 f.)
13. Haec licet hospitibus pro munere disticha mittas,/ si tibi tam rarus quam mihi nummus erit (Mart. 13,3,5 f.)
14. „Vis mittam puerum“ subinde dicis,/ „cui tradas epigrammaton libellum?“ (Mart. 1,117,2f.)
15. Uterque natus vivit et precor vivat (Mart. 2,11,7)
16. Caveto verbis, Roma, prioribus loquaris (Mart. 10,72,13)
17. *Der Angesprochene erzählt dem Ich täglich, wer ihm wie viel schuldet:* numeres oportet aliquid, ut pati possim (Mart. 4,37,8) numerare – zahlen
18. Pietate fratres Curvios licet vincas (...) (Mart. 5,28,3)
19. Dic mihi, quis furor est? Turba spectante uocata / solus boletos, Caeciliane, voras.// Quid dignum tanto tibi uentre gulaque precabor?/ Boletum qualem Claudius edit, edas. (Mart, 1,20)

20. *Der Angesprochene ist schon recht alt*: non bene distuleris videas quae posse negari,/ et solum hoc ducas, quod fuit, esse tuum (Mart. 1,15,5 f.)
21. Curre, age, et in lotos revoca, Calliste, ministros;/ sternantur lecti: Caeciliane, sede (Mart. 8,67,5f.)
22. Quid faciam? Suade: nam certum est vivere Romae. (Mart. 3,38,13)
23. Di tibi dent [...] quaecumque mereris. (Mart. 6,87,1)
24. Carmina Paulus emit, recitat sua carmina Paulus./ nam quod emas, possis iure vocare tuum (Mart. 2,20,1f.)
25. [...] bellum denique malo quam Sabellum./ tabescas utinam, Sabelle belle. (Mart. 12,39,3f.)
tabescere – schmelzen, zergehen, dahinsiechen
26. Sit mihi verna satur, sit non doctissima coniunx,/ sit nox cum somno, sit sine lite dies. (Mart. 2,90,9 f.) verna – Sklave. satur - satt
27. *Das Ich erlaubt seinem Buch, in die Buchläden zu gehen*: i, fuge; sed poteris tutior esse domi. (Mart. 1,3,12)
28. Bella es, novimus, et puella, verum est,/ et dives, quis enim potest negare? (Mart. 1,64,1f.)
29. *Ein Gebäude ist eingestürzt*: heu quam paene novum porticus ausa nefas! (Mart. 1,12,6)
30. Sextiliane, bibis quantum subsellia quinque / solus: aqua totiens ebrius esse potes. (Mart. 1,26,1 f.) subsellium - Sitzreihe
31. *Der Kaiser persönlich das Ich reich beschenkt*: non alius poterat quae dare dona mihi (Mart. 4,27,4)
32. *Der Kaiser möge älter werden als Nestor*: Pro tanto quae sunt improba vota deo? (Mart. 4,1,10)
33. *Sosibianus möchte, dass seine Werke erst nach seinem Tod herausgegeben werden*: Tempus erat iam te, Sosibiane, legi (Mart. 4,33,4)
34. Hoc tibi quidquid id est longinquis mittit ab oris / Gallia (Mart. 3,1,1)
35. Fama refert nostros te, Fidentine, libellos / non aliter populo quam recitare tuos. (Mart. 1,29,1f)
36. Ter centena quidem poteris epigrammata ferre,/ sed quis te ferret perlegeretque, liber? (Mart. 2,1,1 f.)

37. [...] Debit hoc saltem non licuisse tibi. (Mart. 7,21,4)
38. Dicere quindecies poteram, quod pertinet ad te:/ sed quid agas, ads me pertinet, Ole, nihil.
(Mart. 7,10,15 f.)
39. Quis negat esse satum materno funere Bacchum?/ sic genitum numen credite. (Mart. Liber
spect. 12,7)
40. Ad Stygias aequum fuerat pater isset ut umbras:/ quod quia non licuit, vivat, ut ossa colat.
(Mart. 1,114,5f.)
41. Nullos esse deos, inane caelum affirmat Segius (...) (Mart. 4,21, 1f.)
42. [...] subrisi modice levique nutu /me quem dixerat esse non negavi. (Mart. 6,82,7 f.)
43. Cedere de nostris nulli te dicis amicis (Mart. 10,15,1)
44. Uxorem habendam non putat Quirinalis. (Mart. 1,84,1)